



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Vitæ Pontificum Romanorum**

Ex Antiquis Monumentis Collectæ

**Sandini, Antonio**

**Bambergæ, 1753**

CLXXXIX. Martinus IV. Anno Christi 1281. Rodulphi Regis 9. Michael.  
Palæol. 21.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-65477](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-65477)

Dei cantari *Psalmmum*. Lætatus sum cum aliquot versiculis, & Collecta pro pace. Idemque constituit *Joannes XXII.* pro tollendo schismate, ut testatur *Angelus Rocha* in *Paralipomenis commentarii de Campa-*  
nis.

CLXXXIX.

## MARTINUS IV.

ANNO CHRISTI 1281.

RODULPHI REGIS 9. MICHAEL.

PALÆOL. 21.

Cum duo Cardinales, quorum causa electio novi Pontificis protraheretur, in custodiam à Viterbiensibus ducti essent, VIII. Kal. Martii anno 1281. Ecclesie invitatus præponitur *Martinus IV.* Gallus, *Simon Briensis*, vulgò *de Bria* antea nuncupatus. (1) Viterbio profectus Urbem veterem, ibidem X. Kal. April. consecratur. (2) Hic fratrem suum, qui ad se gratulabundus advolârat, modicè donatum ad impensas itineris, domum dimisit. Ipsi Pontifici, tanquam privato cuidam viro, populus Romanus discordie tollendæ gratiâ contulit Senatoriam Urbis dignitatem, quam

Rayn. an.  
1281.

S. 1. 3. 6.

14. 25.

Spond.

S. 1. 2. 4.

6. 9.

- quam ipse restituit Carolo Siciliae Re-  
gi, cui à Nicolao III. fuerat abrogata.  
Anathematizavit Michaëlem Palaeo-  
logum, quod defecisset ab Romanae  
Ecclesiae societate, quam & per O-  
ratores in Concilio Lugdunensi, &  
ipse deinde per se coram Legatis A-  
postolicis iuraverat usque servatu-  
rum. *Damnavit quoque auctores*  
conjunctionis Siculorum in Gallos,  
quâ erumpente in actum, III. Kal. A-  
pril. die sacro Paschæ, dante signum  
campanâ Vesperarum, Galli omnes  
ad unum nihil minus opinantes toto  
regno cæsi sunt, ipsæque mulieres Si-  
culæ, quæ ex Gallis concepisse fere-  
bantur, exenteratæ, parvulique ne-  
quid Francisci generis in Sicilia super-  
esset, faxis illisi. (3) Eandem anathe-  
matis pœnam irrogavit Petro Regi  
Aragonio, tum quod particeps fuisset  
immanitatis tam detestabilis, tum  
quod Siciliae regnum invasisset, ma-  
nentemque in incepto obstinatè pri-  
vavit regno, & pugnantibus contra  
ipsum pro Carolo Rege Siciliae legi-  
timo, *Indulgentiarum præmia conce-  
dit.* Mortuus est Perusiae anno 1285.  
IV. Kal. April. *anno quarto, mense, ac*  
*die*

Rayn. an.

1282.

§. 1. 23.

Spond.

§. 2. 6.

Rayn. an.

1283.

§. 23. 24.

An. 1284.

§. 3.

An. 1285.

§. 12. 13.

Spond.

§. 5.

die septimo, quam electus fuerat: eodemque loco sepultus miraculis claruit.

## ANNOTATIONES.

(1) Franciscus Pagius in Vita hujus Pontificis §. 2. *Gulielmus Nangiagus in Chron. S. Antoninus part. 3. tit. 10. cap. 4. Nauclerus generat. 43. Et alii eum vocant Martinum IV. Et re vera ita vocandus est, licet unus tantummodo ejusdem nominis Sanctus Pontifex eum præcesserit, quia Marinus I. Martinus II. & Marinus II. Martinus III. appellati sunt: unde Et in instrumento à Senatoribus Romanis die decimâ Martii anni 1281. Romæ confecto, antequam Pontifex consecraretur, à Raynaldo eodem anno §. 15. relato disertè vocatur Martinus IV. vide annotat. 1. ad Marinum I.*

(2) Nonnulli, ut est apud Bzovium ad annum 1281. §. 1. scripsere, Joannem Viterbiensem seu Vercellensem, Magistrum Ordinis Prædicatorum Generalem, in locum Nicolai III. electum fuisse Pontificem, sed mortuum, antequam acciperet nuntium electionis suæ. At commentum id, & fabula est, *Ptolomæi Lucensis, Et S. Antonini silentio, aliorumque gravissimorum Auctorum, qui de Romanis Pontifibus scripsere, aut Ecclesiasticam Historiam edidere, auctoritate convicta; ut ait Natalis*

lis

lis Alexander Hist. Eccl. Sæc. XIII. & XIV.  
cap. 1. art. 11. tom. 7. pag. 31.

(3) Fazellus de Rebus Siculis Dec. 2. lib. 8.  
cap. 4. pag. 490. *Duarum horarum spatio  
eo tempore octo Francorum millia occisa fuisse  
constat. Inde adagio increbuit Vespes  
Siculus.*

CXC.

## HONORIUS IV.

ANNO CHRISTI 1258.

RODULPHI REGIS 13. ANDRO-  
NICI 2.

Rayn. an.  
1285. §. 14  
Spond

**H**ONORIUS. IV. antea *Jacobus  
Sabellus* Romanus IV. Nonas  
§. 6. 20. April. anno 1285. Martino IV. Pe-  
21. 22. rusiæ suffectus, Romæ inauguratus  
est. Iussu ejus Arabica & aliæ exoti-

Rayn. an.  
1286. §. 36  
Spond.

§. 1.  
Rayn. an.  
1287.

§. 9.  
Spond.

§. 4.

cæ linguæ, ut ad Saracenos & Ori-  
tales Schismaticos in Catholica Fide  
erudiendos perutiles atque adeo ne-  
cessariæ, Parisiis tradi cœptæ. Con-  
firmatus per eum Ordo Carmelita-  
rum, & vestis decentior, quæ etiam  
nunc utuntur, eisdem tradita. Ap-  
probatus quoque Ordo Eremitarum  
S. Augustini. Nova vero Mendican-  
tium secta, quam nomine *Ordinis A-  
postolorum* nescio, qui conflaverant,  
con.